

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Voluptarii affectus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

*Eiusdem  
scenaria.  
Horat. l. 1.  
Seruo no-  
nati avarum  
quendam.*

patescat interpretatione, quam luculentis his Petronii versi-  
bus?  
Nec bibit inter aquas, nec pomapotentia carpit  
Tantalus infelix, quem sua vota premunt.  
Divitis hec magnificies erit, omnia late  
Qui tenet, & seco concoquit ore famem.

## SERVITUS.

*Artem. l. 1.  
Cap. 50.* **A** pud Onirocritas pedes servorum indicia sunt: utpote  
qui totius corporis pondus sustineant, ut opera domi  
rurique facienda servis incumbunt, & quæ perperam egerint,  
compedum suppicio puniuntur.



## TRIUMPHATOR. CAP. XLIV,

**Q**uoniam vero Regum triumphantium mos erat captivorum corpora pedibus conculcare, sub-  
jectionis signum, triumphabundum hominem per ita positum pedem Romana pleraque signa  
significant, eoque spectat versiculus ex Psal. 66. *Imposuisti homines supra capita nostra, hoc est, de usi-  
triumphum alias concessisti.*

## VIA. CAP. XLV.

*En. lib. 6.  
Ex. in profa-  
nia, binc il-  
lud ror-  
mido ari  
iobgata  
edoc, 9  
pedum bisca  
et via.*

**A**b officio quoque pedes in Divinis literis via perfectionisque significatum habent. Unde ple-  
rumque videoas vetustis in imaginibus, Deum pingi pedibus intra nubes absconditis, quod lati-  
dici vates nostri volentes carnis à Deo assumpta viam (eam Theologi nostri adventum dicunt) ar-  
canam, obscuram & incognitam fore significare, eam preferebant speciem. Hinc Davides offusam  
ad divinos pedes caligenem canit Psal. 18. Sed quod idem alibi canit: *Pes meus stetit in viarella,*  
dictum volunt veteres Theologi: propterea quod non solum manus, sed etiam pedes pro actione  
progressuque negotiorum accipiuntur. Et Levitico, ubi sacrificium fertur pro facerdotum con-  
firatione, pollices manuum & dexterorum pedum, hostia sanguine oblinuntur: dexteras quidem,  
partes obuncetas ponunt, quia bonorum ha sunt operum indices, cum sinistra pro pravis acquisi-  
tur. Nam & Maro, *dextera, ait, esse iter ad Elysium, ad lava malorum exercet penas, & ad impia-  
tans mittit.* Quod vero unctionis mentio facta est, ea sane vigoris, conservationis, & salutis af-  
secutionem significat. Unde etiam apud Gentes athletæ non nisi oleo delubuti certamen inibant.  
Non ungi vero, in Divinis isdem literis desolationem, ruinam, & perditionem indicat. Sic in Agy-  
pto sublati sunt una nocte omnes quotquot limina postesque intinctos Agni sanguine non habentes,  
ut Hesychius ait.

## SOLSTITIUM HYEMALE.

## CAP. XLVI.

**S**olis cursum in hyemali solsticio significare si vellent Ægyptii sacerdotes, pedes duos compen-  
sus implicitos, atque ita progredientes (nisi codex impressus mendoſus est) effingebant, quod  
Sol tunc lentius, & quasi pedicis coercitus ingredi videatur. Sedenim hujus rei longe aliam pictu-  
ram esse diximus in commentario Polypi, ubi manuscriptos Horo codices, duos Polypos invicem  
colligatos, non pedes duos, habere monuimus.

## VOLUPTARII AFFECTUS.

## CAP. XLVII.

*In violabile  
achilles  
prater ha-  
les.*

**P**Hilosophi antiquiores, quiq; doctrinam eorum secuti sunt, pedes pro contemptissima parte po-  
nunt, esseq; in anima pedes aijunt voluptuarios affectus. Venerex molitudini emancipatos. Qui-  
que Achillæ figmentum interpretantur, fuisse illum inviolabilem prater talos, qui Stygis aqua-  
lini nequierint, quod ea parte manu matris tentus fuerit, cum ab ea est fatalibus undis immeritus:  
ea autem parte fancium periisse, id sibi velle fabulam dicunt, quod fortis alioqui homo adversis ca-  
ribus omnibus animosus, nullaque fortunæ injuria dejectus, libidini tamen ita interdum succum-  
bere

A bere deprehendatur, ut inde sibi met exitium paret. Nam & Orpheus principem libidinis locum ta- *Sic Ayle*  
lum ait, sed idem mystice, ut sius est mos. In cena Domini discipulorum lavanitur pedes, ut scili- *nō sit nō*  
- cet abutus animorum sordibus, ad Eucharistia donum mundi nitidique procederent. In Jacobi & oīv cīva-  
- Esau partu philosophatur Philon, firmissimæq; mentis, quippe optimi luctatoris, esse opus ait tenere *Caius*,  
calcaneum: nam id animum indicat, qui vitio dominetur. Calcaneum enim, ut alibi sāpe, infirmæ *illorū pedi-*  
*bus ingredi*  
*profane, ir-*  
*reverenter.*

## FINIS. CAP. XLVIII.

E st etiam pes absoluti operis indicium: ad calcem enim dicimus, cum ad finem perventum esse *Uss. est. Cī-*  
vel operis, vel negotii, volumus indicare. Et Adamantius, ut alibi dictum novissimum in Deo  
nobis incognitum esse, apud Esaiam ostendi eo arguento dicit, quod Seraphin duo aliis inferiori-*cero in li-*  
bus Dei pedes obtegabant. *bella de A-*  
*micitia, &*  
*de Senellu-*  
*te.*

## INIQUITAS. CAP. XLIX.

A Nguineos alibi diximus Gigantum pedes effungi, cruraque obtorta, & quodammodo deluxa- *Idem Ma-*  
ta, propterea quod tota aberrant via, qui cœlo bellum inferre parant. Pedes igitur ita male af- *cro. 1.2. c. 10.*  
feci, iniquorum operum indicia sunt. Nam uti reēi pēdes quatuor animalium in Divinis *Refti pedes.*  
literis apud Ezechiem memorantur, ob eorum que in Evangelis habentur veritatem, ita retorti *Gretorti.*  
pedes de pravis dicitur ingenii atq; maleficis: non enim reēi pedes dirigunt, diceret Ambrosius,  
qui posteaquam femei in viam rediere, ad scelera mox & iniquitatem revertuntur, & tamquam Sus  
lota primo quoque tempore repetunt luti volutabrum, & ut Lucretius ait, *Lib. 6.*

*Insatiabiliter toti volvuntur ibidem.*

Sane apud Psalmographum, impiorum ambulationes obtortas esse, ambagib; circumactas, in-  
venies, *Psalm. 125.*

## AGGRESSION. CAP. L.

I N statuis vero pes laevis ante porrectus, aggressionis indicium est, quo ita firmato, gestum ajunt  
ad invadendum aptum: quod dexter pedis agilitas icum, quoquo versum quis incubuerit, juvet.  
Similiter enim sua quadam peculiari tarditate, totius est veluti corporis firmamentum, ac quasi cen-  
trum, circa quod alterius pedis alacritas & promptitudo versetur exerceaturque, & quasi rotæ cur-  
vatura axi per radios innixa circum agatur, parti unicuique laboranti opem allatura: quod non  
ignoravit Maro noster, ubi libro x. Lucagus Aeneam ferire parat: projecto nam pede laeva aptat se  
pugna. Hoc etiam in numis, ubi martis ultoris inscriptio est, sāpe comperias: nam & Philosophi  
contentiunt, motum à dextris partibus oriri. Atque ego Roma in Mediceis adib; pulcherrimi o- *Militaris*  
peris statuam observavi, quæ speciem hanc in aliquem invadendum, laeo projecto pede, præ se fere- *d'Arina.*  
bat. Militaris præterea disciplinæ Magistri commonent, si missilibus agatur, sinistros pedes ante ha-  
beri à peditibus: ita enim vibrantis spiculis vehementiorem esse icum. At si res, inquiunt, agatur  
gladio, pes proferendus, ut propinquior dextera sit ad vulnus inferendum. Sed utcumque illi,  
apud Maronem tamen eodem ipso congressu, quem paulo ante dicebamus, *stributum rotat acer Lu-* *Anti. 1.10.*  
*cagus ensem.*

## REGRESSUS. CAP. LI.

N Onierint tamen inficias, regressum dextero porrecto pede figurari: quia qui loco se moveat,  
neceste habeat à dextero pede motum auspicari. Ita signari videoas numeros FORTUNÆ REDUC-  
CUS.

## IGNAVIA, VEL REQUIES.

## CAP. LII.

E T quoniam gestus ab histrionibus in primis observabantur, inde factum, ut hieroglyphica non- *Pes supra*  
nulla inde defumpta sint, quale illud pro otio & desidia, pedem supra pedem statuere, qui gestus pedem, *quid.*  
in aliquot sepulcrorum imaginibus, sed pro quiete habetur. Sane Arisophanes cum otiantem medi-  
tabundumq; Euripidem describeret Acharnibus, famulas ejus interrogante Dicæopoli an intus  
effet